



BOLETÍN DEL CLERO
DEL
OBISPADO DE LEON

BREVE DE SU SANTIDAD

concediendo indulgencias á los que lleven el
Escapulario del Corazón de Jesús

I

LEO PP. XIII

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Dilectus filius Cassianus Augier, sacerdos, praepositus generalis Congregationis Oblatorum B. M. V. Immaculatae retulit ad Nos, penes quamplurimos Cristifideles piam ac laudabilem vigere consuetudinem gestandi supra pectus scapulare proprie dictum Sacri Cordis Iesu, confectum ex binis de more partibus, quarum altera habet emblemata Sacri Cordis Iesu, et altera imaginem referre B. Mariae Virginis sub titulo *Matris misericordiae*, nuper per decretum die quarta aprilis vertentis anni editum a Sacrorum Rituum Congregatione approbatum. Nos autem, ut fidelium devotio et studiosa pietas erga amantissimum Iesu Cordis diffusa constanter maneat et majora in dies incrementa capiat, oblitis Nobis precibus annuentes, quo tam frugifera consuetudo per christianum orbem latius propagetur; peculiaribus eam indulgentiarum thesauris locupletari libenti quidem animo existimavimus. Quae cum ita sint, de Omnipotentis Dei misericordia,

ac BB. Petri et Pauli App. ejus auctoritate confisi, omnibus et singulis fidelibus ex utroque sexu ubique terrarum existentibus qui huiusmodi scapulare juxta formam confectum a Sacrorum Rituum Congregatione approbatam, et a sacerdote debita facultate predito rite benedictum suscipiant, die primo solemnis impositionis si admissorum confessione expiati, sanctissimum Eucharistiae sacramentum sumpserint, Plenariam et in cujuslibet eorum mortis articulo, si vero quoque poenitentes et confessi ac sacra communione refecti, vel quatenus id facere nequiverint, saltem contriti, nomem Iesu ore, si potuerint, sin minus corde devote invocaverint, et mortem tamquam peccati stipendium de manu Domini patienti animo susceperint, etiam Plenariam; iis insuper qui devote ipsum scapulare habitualiter gestent, si pariter vere poenitentes et confessi ac sacra communione refecti, Nativitatis, Circumcisionis, Epiphaniae, Paschalis Resurrectionis et Ascensionis D. N. Iesu Christi festivitibus, item festo Sanctissimi Corporis Domini; ac feria sexta post illius octavam, nec non Conceptionis, Nativitatis, Anuntiationis, Purificationis, et Assumptionis Deiparae Virginis Immaculatae festis diebus, ac die qua festum agitur Virginis sub titulo *Matris misericordiae*, propriam cujusque curialem ecclesiam, sive aliud quodvis publicum templum sive sacellum, a primis vesperis usque ad occasum solis diei cujusmodi, singulis annis devote visitaverint, et ibi pro christianorum principum concordia, haeresum exterpatione, peccatorum conversione, ac sancta Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effuderint, quo ex praedictis die id praestiterint, Plenariam similiter omnium peccatorum suorum indulgentiam et remissionem misericorditer in Domino concedimus. Praeterea iisdem fidelibus ubique terrarum similiter existentibus et memoratum scapulare rite gestantibus, qui in festis secundariis tum Domini Nostri Iesu Christi, tum Deiparae Virginis, corde saltem contriti, et preces uti superius effundente quodvis publicum templum uti supra dictum est visitent, de numero poenaliu[m] septem annos totidemque quadragenas; et quo die semel Orationem dominicam, Salutationem angelicam et trisagium recitent, contrito corde, ant invocatione: *Maria, Mater gratiae, Mater misericordiae, tu nos ab hoste protege et mortis hora*

suspice, ducentos dies; tandem quotiescumque pietati quodlibet sive charitatis opus exercent, in forma Ecclesiae solita de poenaliū similiter numero sexaginta die expungimus.

Memoratis denique fidelibus largimur, ut si, designatis in Missali romano diebus, quamlibet ex ecclesiis vel publicis oratoriis supradictis, ubique terrarum, rite visitent, ibique iniuncta pietatis opera peragant, Stationum nuncupatas indulgentias lucrari valeant ac si personaliter illis ipsis diebus almae huius Urbis Ecclesias de more visitassent. Porro concedimus ut fidelibus iisdem liceat plenariis hisce hac partialibus indulgentiis factorum vita labes poenasque, si malint, expiere. Non obstantibus Nostra et Cancillieriae Apostolicae regula de non concedendis indulgentiis ad instar. aliisque Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque. Praesentibus et perpetuis futuri temporibus valituris, servata tamen Nostra constitutione quoad suspensionem indulgentiarum pro vivis hoc sacri jubilaei durante anno. Volumus autem ut praesentium litterarum transumptis, sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides adhibeatur quae adhiberetur ipsis praesentibus si forent exhibitae vel ostensae: utque earundem litterarum (quod nisi fiat nullas eas esse volumus) exemplar ad secretariam Congregationis indulgentiis sacrisque reliquiis praepositae deferatur.

Datum Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die X iulii MDCCC, pontificatus Nostri anno vigesimotertio.

ALOIS. CARD. MACCHI.

II

Sumario de las indulgencias concedidas en el Breve anterior

I.—*Indulgentiae Plenariae.*

1. Omnibus utriusque sexus Cristifidelibus die impositionis scapularis, dummodo vere poenitentes et confessi S. Synaxim sumpserint;

2. Christifidelibus sacrum scapulare gestantibus, a primis vespere ad occasum solis sequentium dierum:

3. Circumcisionis. D. N. Iesu Christi.
4. Epiphaniae. »
5. Resurrectionis. »
6. Ascensionis. »
7. Die festo SS. Cordis Iesu (feria VI post Octavam Corporis Domini).
8. SS. Corporis Christi.
9. Conceptionis B. Mariae Virginis.
10. Nativitatis. »
11. Annunciationis. »
12. Purificationis. »
13. Assumptionis. »
14. Die festo B. M. V. sub titulo «Matris Misericordiae;» dummodo dictis diebus vere poenitentes, confessi ac S. Synaxi refecti, quamcumque ecclesiam seu publicum sacellum devote visitaverint, ibique pias ad Deum preces juxta mentem Summi Pontificis oraverint.

II.—*Indulgentia Partiales.*

1. *Septem annorum totidemque quadragenarum* in festis secundariis tum Domini Nostri Iesu Christi, tum B. Mariae Virginis quae ab Universa Ecclesia celebrantur; dummodo corde saltem contriti quamcumque ecclesiam, seu publicum sacellum devote visitaverint, ibique uti supra oraverint.

2. *Ducentorum dierum* semel in die si semel Pater, Ave et Gloria Patri etc., aut invocationem: «Maria Mater Gratiae, Mater Misericordiae, tu nos ab hoste protege, et mortis hora suscipe» devote recitaverint.

3. *Sexaginta dierum* quotiescumque pietatis aliquo I sive charitatis opus exercuerint.

III.—*Indulgentia stationales.*

Devote visitantibus quamlibet Ecclesiam seu publicum Orationarium, ibique iniuncta pietatis opera peragentibus, diebus in Missal Romano designatis.

Omnes et singulae indulgentiae superius relatae, excepta tamen plenaria in mortis articulo lucranda; animabus quoque Christi fidelium in Purgatorio degentium sunt applicabiles.

Sacra Congregatio Indulgentiis sacrisque Reliquis praeposita praesens Summarium, ex litteris Apostolicis in forma Brevis d. d. 10 Iulii 1900 nunc primum excerptum, approbavit typisque imprimi ac publicari posse benigne permisit.

Datum Romae ex Secretaria ejusdem Sac. Congregationis die 13 Augusti 1900.

P. D. RANCISCO, Archiep. AMID., *Secret.*

IOS. M. CANCUS, COSELLI, *Substitutus.*



E SACRA CONGREGATIONE STUDIORUM

**Ad lauream in iure Canonico obtinendam,
non requiritur ut cursus theologicus fuerit a candidato
integre absolutus**

*Excmo. ac Romo. Card. S. Studiorum Congregationis
Praefecto.*

Emme. Domine:

Emmanuel de Avila, Dioecesis Habanensis in regione Americana «Isla de Cuba» vulgo dicta peractis studiis ecclesiasticis universis ad quartum usque S. Theologiae annum ante novam studiorum rationem sese contulit consentiente suo Romo. Episcopo coram Universitate Ecclesiastica Compostellana ut, expleto curriculo Iuris Canonici ad normam hodiernae disciplinae ad gradus maiores in praefata facultate potuisset contendere, et deinde ad propriam Dioecesim, statuto tempore, redire.

Cum autem obortum sit recentissime dubium a Praefecto Studiorum permotum, utrum, nimirum, ad gradus in Facultate Iuris possit legitime contendere qui ad normam vigentis studiorum rationis cursus theologicos integre haud perfecit, etsi omnino iuxta normam vigentem, ut in casu, studia Iuris exegisset; orator ne amplius tali dubio retineatur si solutio revera sit negativa, humiliter expostulat dispensationem ad gradus maiores in praedicta facultate obtinendos, ex specialibus circumstantiis quibus premitur et singularibus adiunctis quibus

versatur; inter quae sunt recensendae, primo quod etsi Facultatem Theologicam integre non perfecit ad normam novae disciplinae, neque in tali Facultate gradus quaerit, sed in Facultate Iuris cuius studia ad normam et iuxta vigentes dispositionis plane perfecit; secundo, quod dubium haud motum fuit cum studiorum exordio neque tum oratori proposito; tertio quod immorari amplius non possit ut operam det studiis iterum theologicis (prout necessarium est si dubium est legitimum) quia tempus fuit taxative determinatum a proprio Ordinario.

Ex quibus aliisque, si casus dispensatione indigeat, eam orator ex postulat et deprecatur.

Et Deus, etc.

EMMANUEL DE AVILA.

Die 30 Martii 1901. S. Studiorum Congregatio rescripsit.
Non indigere.—Sigillum Sacrae Congregationis Studiorum.

EXENCIONES TRIBUTARIAS

Hoy que tanto se habla de las exenciones tributarias que disfrutaban las Comunidades religiosas, convirtiendo en arma de mala ley este privilegio de impíos y sectarios para combatirlas, so pretesto de celo por los intereses de la Hacienda pública, conviene que nuestros lectores conozcan las exenciones tributarias que no se refieren solo á las Congregaciones religiosas, sino también á industrias láicas, al trabajo de cierta clase y á la enseñanza primaria, lo cual no se dijo en ningún periódico ni revista de los muchos que tomaron parte en la campaña de persecución emprendida por el espíritu sectario que hoy predomina. Las principales exenciones de contribución urbana hasta ahora establecidas son las siguientes:

Del Reglamento de 24 de Enero de 1894 copiamos estas:

«Art. 2.º Están absoluta y perpetuamente exentos de esta contribución:

A. Los templos.

B. Los cementerios, siempre que no produzcan renta á la entidad propietaria de los mismos.

C. Las casas ocupadas por Comunidades religiosas, cuya aprobación por el Ministerio de Gracia y Justicia este publicada en la *Gaceta de Madrid*, de conformidad con lo establecido en la Real orden de 14 de Diciembre de 1851, que puso en ejecución el art. 30 del Concordato.

D. Los edificios destinados al servicio de los templos ó á habitación ó recreo de los Párrocos ú otros Ministros de la Iglesia.

E. Los edificios ocupados por Seminarios Conciliares.

G. Los edificios destinados á hospitales, hospicios, cárceles, corrección, beneficencia general, provincial ó local ó pósitos.

H. Los edificios de propiedad común de los pueblos.

I. Los edificios emplazados en terrenos del Estado, de las provincias ó de los Municipios que se destinen á la enseñanza pública de Agricultura ó de la Botánica por cuenta del Estado ó de dichas corporaciones.

L. Los terrenos y edificios que adquiriera ó construya la Asociación de caridad titulada la Construcción Benéfica.

Art. 3.º Están exentos temporal y parcialmente del pago de esta contribución.

A. Los edificios que se construyan ó reedifiquen, durante el año de construcción y un año después.

B. Los edificios que con destino á la Agricultura ó á la industria estén construídos en colonias agrícolas.

C. Los edificios que estén construídos á más de un kilómetro de la población en terrenos desecados.

D. Los edificios construídos á más de un kilómetro de la población en terrenos sin aprovechamiento.

Contribución industrial

Las tarifas aprobadas por Decreto de 2 de Agosto de 1900, reproducen las exenciones que contienen los anteriores Reglamentos y que son las que siguen, entre las 49 que contiene:

1.º En compensación del trabajo que empleen en los negocios civiles y criminales de pobres, se rebaja el 20 por 100 en

los Juzgados y el 25 por 100 en las Audiencias de las cuotas que deben pagar los Abogados; Procuradores y Escribanos y Relatores.

2.º Asociaciones piadosas que se dedican á difundir en las cárceles, presidios, hospitales, patronatos de obreros, etc., la lectura de libros é impresos encaminados á contrarrestar la propaganda irreligiosa.

3.º Autores dramáticos y líricos, por el importe de los derechos que perciban por la representación de sus obras.

10. Cajas de ahorro y Monte de Piedad..

11. Contrato de las fábricas de gas con los Ayuntamientos.

12. Costureras y oficialas de modistas.

15. Criadores de ganados de todas clases.

17. Dueños de barcas de menos de 20 toneladas.

19. Encajeras y bordadoras á mano sin obrador ni tienda abierta.

21. Establecimientos de enseñanza costeados con fondos del Estado, de la Provincia ó del Municipio ó por fundaciones piadosas.

22. Los Bancos Agrícolas.

23. Fábricas establecidas con arreglo á la ley de Aguas.

26. Hospitales, casas de beneficencia, de socorro y demás establecimientos piadosos, por los espectáculos públicos de que sean empresarios, y por los talleres de zapatería, alpargatería, sastrería y cualesquiera otros que tengan dichos establecimientos, cuando sólo se inviertan sus productos en los acogidos.

27. Industria minera.

33. Maestros y maestras de instrucción primaria.